MASTER NEGATIVE
NO. 93-81265-3

AUTHOR:

HERTEL, FRIEDRICH GOTTFRIED WILHELM

TITLE:

DE CODICIBUS ET EDITIONIBUS...

PLACE:

ZWICCAU

DATE:

1836

Master Negative #

93-81265-3

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record


Hertel, Friedrich Gottfried Wilhelm
De codicibus et editionibus vetustis bibliothecae Zwiccauiensis particula IV; de Petri Marsi librorum Ciceronis de Finibus editione...
Zwiccau, Typis Hoeferi, 1836.
23 p. 21½ cm.


Academic program.
Vol. of theses.

Re

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 4/22/93 INITIALS ny
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT





AIIM

Association for Information and Image Management


1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910


301/587-8202

Centimeter




Inches



MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.



De codicibus et editionibus vetustis bibliothecae Zwiccaviensis particula IV.

De Petri Marsi librorum Ciceronis de Finibus editione.

QUA DISSERTATIONE

AD

EXAMEN VERNALE

DIEBUS XXI. XXII. XXIII. MENS. MARTII

PUBLICE INSTITUENDUM

ET

AD ORATIUNCULAS AUDIENDAS

EORUM QUI

DIE XXV. EJUSDEM MENSIS

HORA SESUNDA POMERIDIANA

SCHOLAE NOSTRAE VALEDICTURI SUNT

EA QUA PAR EST OBSERVANTIA

INVITAT

FRID. GODOFR. GUIL. HERTEL,

PHILOS. DOCTOR AA. LL. MAGISTER GYMNASII RECTOR.

ZWICCAVIAE,

TYPIS HOEFERI.

MDCCCXXXVI.

Bibliotheca Cygneensis, etsi in multis illis, quibus instructa est cujuscunque generis libris, pauciores codices manuscriptos numerat, multas tamen veterum scriptorum habet editiones vetustissimas, in quibus haud paucas, quae, ut hodie in maximo pretio sunt, ita in nostris terris tam raro exstant, ut in bibliothecis nobilissimis et nostrâ longe amplioribus earum vix unam alteramve reperias. Etenim ex quo ei praefui, saepenumero accidit, ut libri rariores, qui Dresdae ac Lipsiae frustra quaesiti essent, apud nos reperirentur, potuique viris doctis, qui me eos rogassent, non raro cum summo ipsorum gaudio satisfacere, eosque vel sublevare in studiis suis vel adjuvare in edendis scriptoribus. Jam quum codices duos mss. librorum *Ciceronis* de Officiis ac tres *Juvenalis* ipse plures ante annos descripserim, deque eorum pretio accurate egerim, codices autem *Boëthii*, qui hic asservantur, plures excussi sint a collega et in programmate anni MDCCCVII. descripti: hoc anno, quo mihi negotiorum et multitudine et difficultate districtiori, non tantum temporis, quantum volebam, privatis studiis insumere licuit, propositum est agere de editione longe omnium rarissima ac tam paucis cognita, ut ne optimis quidem bibliographis de ea quidquam innotuerit. Quo modo, quum a viris doctis, qui in Cicerone emendando occupantur, gratiam me initurum esse sperandum sit, tum illud assequar, ut de bibliothecae nostrae pretio, de quo nonnulli dubitant, rectius statuatur, meliusque, qualis ea sit et quam pretiosos in armariis suis habeat libros, intelligatur, quo facto fieri non poterit, quin litterae ipsae aliquantulum emolumenti capiant.

Atque hoc loco illud silentio praeterire non possum, optandum sane fuisse, ut superioribus temporibus diligentius ac religiosius administrata esset bibliotheca Zwiccaviensis, quae partim incuria atque negligentia eorum, quibus ejus cura commissa erat, partim ignoratione pretii, quo rariores et vetustiores libri constant, partim etiam igne ac furto jacturas fecit vix satis dolendas ac nullo unquam modo resarciendas. Goerenzium enim constat cuicunque, a quo adiretur, sine ullis, quibus nomina darentur, tabellis summi pretii libros commodasse, adeo ut mihi multis post ejus discessum annis libri remissi sint, quos aliorum usui commodatos esse nemo nec sciebat nec scire poterat. Ignoratione pretii libros amissos esse quum dico, hoc mihi volo, editionem librorum Ciceronis de Officiis ex officina *Fustii*, (Mogunt. 1466., 4. maj.) vafro cuidam Anglo concessam esse pro *Krünitzii* encyclopaedia oeconomico-technologica, qui liber etsi hodie CLXI. voluminibus constat (nos habemus nonnisi XCVI.), ue nunc quidem absolutus eoque minus bibliothecae nostrae aptus est, quod neque praeceptorum neque discipulorum usui unquam potest inservire; *Fustii* vero editio, quam insigne ei fuisset decus! Haec si tribuenda sunt culpae eorum, qui libris conservandis tuendisque praefecti erant, alia infelici casui debentur. Etenim quum villula Martyni-Lagunae prope Zwiccaviam sita, sub initium hujus saeculi derepente deflagrasset, valde imminutus est librorum nostrorum numerus; ac licet mortuo eo centum amplius libri, alii semiusti, alii aqua infusa corrupti apud eum reperti ac nobis redditi sint: attamen non pauciores igne absumtos esse probabile est; ingentem enim numerum semper apud se habuisse dicitur ille, ut cum Cicerone loquar, librorum helluo. Multa denique furto ablata sunt; affuisse enim dicuntur quinque spissa volumina maximae formae carminum autographorum *Joannis Sachsii*, poëtae Norimbergensis, multaque alia saeculorum superiorum monumenta germanicae linguae, quae hodie frustra quaeras.

Verum ad propositum redeo. Rarissimum illum, quem me descripturum esse dixi, librum intellexi *Petri Marsi* editionem librorum Ciceronis de Finibus. Quod ne quis jactantius quam verius a me dictum esse existimet, ascribo verba *Orellii*, quae leguntur in analectis, ad calcem editionis Operum Ciceronis Vol. IV. P. I. p. 573. adjectis:

„Ceterum, inquit, doceri pervelim, quo loco quoque anno edita sit *Petri Marsi* cura in libros de Finibus; et ubi, quo pretio, quibusve conditionibus ad exiguum saltem tempus reperienda. Nam si revera unquam editus est is liber, quo usum esse profitetur Goerenzius *praef.* p. VII., dignus sane videtur, qui accuratius denuo excutiatur. Ego vero *innumerabiles scriptores historiae litterariae et bibliographos omnes*, multos praeterea amicos pereruditos ea de re frustra consului; quin etiam erant in his, qui se de ejusmodi editione dubitare omnino dicerent.“

A nemine igitur improbatum iri confido, si quod *Orellius* his verbis enixissime rogat, in me suscepero et accurate libri indolem descripsero, varietatem lectionis enodavero. Id enim ut fiat, perquam optandum esse, idem vir doctus haud obscure significavit in iis, quae recensioni suae librorum de Finibus p. 16. praefixit.

„Ceterum, inquit, magno opere doleo, Marsi editione me caruisse, unde factum est, ut ejus lectiones ex unius Goerenzii fide memorare potuerim. Sed experientia quum didicerim, innumerabiles et incredibiles errores a Goerenzio commissos esse in referendis v. c. Cratandrinae lectionibus, valde metuendum est, ne eodem modo versatus sit in codd. suorum et Marsi varietate exhibenda.“

Ac sane versatus est in hac re Goerenzius ita, ut metuit Orellius; vix enim in paucissimis locis scripturae diversitatem enodavit ac saepe ne hoc quidem ita ut debebat. (Cf. I. 9, 30. ac saepius.)

Quaerat autem aliquis, Petrus ille Marsus qui fuerit. Non igitur supervacaneum videtur, quae de ejus vita ac studiis tradita sint, paucis hoc loco repetere. Oriundus fuit *Petrus* ex oppidulo (*picciolo castello*) *Cesa*, in agro veterum Marsorum sita, unde postea, qui mos erat illius aetatis, accepit cognomen *Marsus*, sive alii eum ita appellarunt, sive, quod probabilius est, ipse sibi hoc nomen addidit.

Neque quo natus sit, neque quo obierit Marsus anno satis constat; hoc tantum certum est, eum initio saeculi XVI. senem octogenarium fuisse; illo enim tempore Romae eum convenit *Erasmus Roterodamus*, qui in Epistolarum libro XXIII. ep. V. sic scribit: „Romae vidi Petrum Marsum, longaevum potius, quam celebrem. Non multum aberat ab annis octoginta et florebat animus in

corpore non infelici." Adolescens Romam delatus ususque Julii Pomponii Laeti et Argyropuli disciplina, tanto per eos bonarum litterarum amore imbutus est, ut, licet postea clericorum ordini ascriberetur, plus tamen veteres Graecos ac Romanos, quam Christianos scriptores versaret lectitaretque. Sic factum, ut ei munus doctoris publici deferretur, quo per longum tempus functus esse videtur, ita quidem, ut honestum, quo frueretur, otium ad interpretandos et edendos poëtas et scriptores latinos conferret. Haec, quae nec Baylius nec reliqui, qui de eo egerunt, in ejus vita commemorant, sumsi ex praefatione *Ascanii Marsi*, quam praefixit editioni librorum de Finibus; cujus verba haec sunt: „Verumtamen, quum in hoc gymnasio florentissimo authores eloquentiae et poëtas egregios interpretaretur, quoties etc."; ac paulo post: „et quanquam homo occupatissimus erat in legendis authoribus, quos publice profitebatur ad erudiendos juvenes Romanos simul et externos, qui undique confluebant, nihilominus domi sepositus cotidie aliquid dignum memoria componebat etc." Huc etiam trahi potest locus in praefatione, quam praefixit ipse Marsus libris de Officiis, ad Fr. Gonzagam, Cardinalem Mantuanum, ubi haec leguntur: „Ne igitur ocio, quod post varios labores et molestias sub te tandem nactus sum et melius mihi ipsi jam polliceri audeo, clementia tua et generoso animo fretus, abuti viderer: diu multumque cogitavi, quid potissimum mihi cum decoro agendum esset, qui ab ineunte aetate sacris institutis et cerimoniis initiatus essem et additus. Tandem id elegi, quod meae professioni congrueret et in se plurimum honestatis haberet et utilitatis: Ciceronis Officia scilicet — interpretari etc." Edidit autem et notis instruxit e poëtis Silium et Terentium, e scriptoribus pleraque Ciceronis scripta philosophica. Hae editiones omnes hodie rarissimae sunt. *Silii* commentarius editus est Venetiis 1483. et 1492. f., Parisiis 1512. f.; *Terentius* ejus lucem vidit primum Venetiis, deinde Argentorati 1506. 4. ac post ejus mortem Lugduni 1522. Magis etiam viris doctis probabantur ejus commentarii, quibus *Ciceronis Officia* interpretatus est, quorum duas ipse curavit editiones; prior, dedicata Cardinali Franzisco Gonzagae, quam admodum juvenis edidit, postea ab ipso improbata est*); posterior, quam Cardinali Raphaëli Riario inscripsit, multis partibus melior est et emendatior. In epistola dedicatoria de illa haec habet: „qui falsa docet atque defendit, ignorantiam suam fatetur et ducem ad omne scelus impudentiam. Horum sacratis insistens vestigiis, licet hallucinanti similis, mea commentariola recognovi, cum in illis multa juveniliter ac minus quam decuisset considerate dicta cognoscerem. Celeritas namque partus effecit, ut manca quodammodo et haberentur et essent, cum Horatianae maturitatis opportunitatem exspectare non sustinuerint; quod imprudentiae ascribendum est, praesertim hac aetate, quae per omnem Italiam perspicacissimis decoratur ingeniis." Hunc locum exscripsit *Baylius*, seque usum esse addit editione Veneta a. 1498. f., typis expressam per Bartholomaeum de Zanis de Portesio. Praeterea edidit Marsus libros *Ciceronis de Natura Deorum*; dedicavit hanc editionem Ludovico XII., Francogalliae regi; in epistola ei praefixa „servulum se et presbyterum Christi, eundemque senem" appellat. Haec editio lucem vidit Parisiis; procul dubio non ante a. 1499., quo anno Ludovicus Italiam cum exercitu ingressus est. Repetita est deinde Basileae apud Oporinum 1544. Illustravit porro libros de Divinatione, Tusculanas quaestiones, libros de Senectute, de Amicitia, Paradoxa, Horatium, fortasse alios; sed hi commentarii, utrum prelo traditi sint necne, non constat; neque id mirum, quum neque de ejus in libros de Finibus commentario ulli ad hunc usque diem bibliographo quidquam constiterit. Sed exstitisse illorum quoque librorum commentarios probant verba tum Ascanii Marsi, infra a me afferenda; tum Erasmi, qui l. l. „in tanta, inquit, aetate scribebat commentarios in librum Ciceronis de senectute aliosque nonnullos Ciceronis libros." Conspirant haec etiam cum Baylii verbis, ab Orellio l. l. allatis*), quanquam ille non appellat libros de Divinatione. At illud jam non potest esse amplius dubium, scri-

*) Haec editio, eodem fere modo typis exscripta, quo libri de Finibus, item exstat in bibliotheca nostra et est sine loco et anno. Annexa est „*Omniboni Leoniceni Vicentini in M. T. Ciceronis de amicitia opusculum interpretatio*; „deinde: *Martini Phileltici in Ciceronem de senectute commentaria*"; denique Paradoxa Ciceronis, ab eodem, ut videtur, explicata. Ad calcem hujus commentarii hoc tantum legitur: „*impressum Venetiis apud Bernardinum Benalium.*" Typorum ductus in omnibus idem est, ut etiam Officia ex ejusdem officina prodiisse haud improbabile esse videatur.

*) „Il dit, qu'il attendroit un temps commode pour donner ce qu'il méditait sur Horace, et sur les questions Tusculanes, et sur les livres de finibus de Cicéron."

ptum esse a Marso commentarium in libros de Finibus; is enim aetatem tulit et statim a me pluribus describetur.

De pretio his Marsi commentariis statuendo alii aliter judicarunt. *Ludovicus Vives Hispanus*, „Petrus, inquit, Marsus in Officia Ciceronis loquacitate pene intolerabilis.“ Clementius judicat *Dausquejus praef. in Sil. Ital.* „Ignoscibilis, inquit, Marsi ignoratio et seculo condonanda; simplicitate nocuit, nec valde.“ Laudat eos *Auctor dialogi de reparatione linguae lat. apud Gifanium* p. 411. his verbis: „Petrus Marsus non ad poëtas solum explicandos, sed ad oratores quoque et philosophos studium adjecit. Exstant ejus in Silium Italicum commentarii, multa eruditione referti; sed longe utiliora, quae in Ciceronis opera conscripsit: eloquens, ut Pomponii auditorem agnoscas, et, quod plus est, propemodum philosophus; sed quantuscunque in philosophia est, eum Argyropuli contubernium effecit.“

Sic etiam *Caspar Barthius* in commentario*) ad *Stat. Theb.* VI, 827. (p. 610.) notas ejus tenues quidem dicit, sed pro temporis ratione non malas. Antiqui enim illi commentatores „fuerunt optime animati, et pro copia tum studiorum non male de optimis auctoribus meriti: *Petrus Marsus* commentario ad Terentium, *Jo. Sulpitius* ad Lucanum; tenuibus ambo notis; sed et talia ingenia per nos posteritati commendentur.“

Ac sane hodie nemo facile ejusmodi commentarios amplius scribet; prorsus enim sapiunt interpretationes Marsi veteres scholiastas et glossatores; quodvis quasi verbum uno duobusve aliis explicatur; quaevis formula dicendi, licet in vulgus hodie nota, aliis verbis repetita exponitur, ita ut, si hodie discipulo libri Ciceronis simul cum hoc commentario integro sint perlegendi, nae eum nausea ac taedium capiat. Interdum vero etiam difficiliora invenias explicata, maxime quae ad philosophiam et ad antiquitates vel Graecas vel Romanas, quae sane pauciora sunt, pertinent. Recte autem *Barthius* illi quidem tempori talia esse condonanda censet.

Sed transeundum est ad indolem voluminis, cui editio Marsi inclusa est, describendam. Tres libri uno involucro maximae formae comprehensi sunt; ab

*) Hic *Barthii* commentarius ipsius manu nitidissime scriptus et ipse exstat in bibliotheca nostra. Deperditos libros *Adversariorum* ejus frustra quaesivi.

initio plura Sabellici, Beroaldi, Angeli Politiani, aliorum scripta leguntur; media est editio librorum de Finibus; hanc excipiunt Nic. Ferretti Rhavennatis opera.

Ita prorsus typis exscripta sunt hi libri, ut codices manuscripti scripti esse solent; interpunctio quasi nulla est, plerumque saltem perversa ac falsa. Iisdem prorsus typographus usus est scribendi compendiis*), quibus veteres librarii utebantur, unde haud pauci nati sunt errores et mendae, e. g. l. 3, §. 11. *ministri tui* pro *institui*, ib. §. 8. *jure* pro *curae*, alia, quae infra in collatione reperientur; graeca, quae passim a Cicerone immiscentur, ubique latinis literis scripta leguntur, sed semper recte. Non raro verba omissa sunt, vel plura, ubi typographus ad idem vocabulum, paulo post positum, aberrabat; vel unum, ubi in codice compendio scriptum fuerat. Orthographia eadem plane est, qua hodie vulgo utimur; in paucis quibusdam locis legitur *is* pro *es* in nominativo vel accusativo tertiae declinationis; semper *quotiens* et alia hujusmodi. Neque illud negligendum, interdum in Marsi annotatione veram scripturam reperiri, quae in textu vitiosa est; haec omnia diligenter annotavi.

Titulus autem hic est:

DE FINIBUS BONORUM ET MALORUM.

Marcus Tullius Cicero

de finibus bonorum atque malorum: post omnes impressiones ubique locorum excussas: recens cum fidelissimo exemplari manuscripto: ad amussim recognitus: cunctisque mendis et erroribus: quibus undique scatebat: expurgatus. *Adjunctis***) luculentissimis *commentariis* doctissimi *Petri Marsi*: nunc primum in lucem editis. Nec non *amplissimo indice* nuper excogitato: *qui* omnia que-

*) E. g. $\overset{u}{q}\overset{a}{q}$ (quanquam), $\overset{a}{q}$vis (quamvis), $\bar{o}$ia (omnia), no$\bar{i}$averunt (nominaverunt libr. 3, §. 4. pro *novaverunt*), $\bar{e}$e (esse), $\tilde{q}$m (quoniam), $\bar{n}$ (enim) etc. etc., cuivis, qui veteres codices versavit, notissima.

**) Quae hic inclinatis literis exscribenda curavi, illic rubris literis exarata sunt.

sita: dicta: notabilia: et queque digna cognitu: secundum multiplicem alphabeti ordinem *eleganter: et mirifice* complectitur: *et aliis multis* que inter legendum lectori patebunt.

Non autem ipse Marsus edidit hunc commentarium, sed, ut ex epistola quae praefationis loco in aversa tituli pagina typis exscripta est, intelligitur, a Luca Panaetio. Verba ipsa ita habent: Magnifico ac clarissimo equiti aurato Aluisio Mocenico, senatori censorique gravissimo, Lucas Panetius canonicus Olchinensis, artium et legum professor. F. (i. e. feliciter.)

Epistolae ipsius, latina oratione passim barbara scriptae et rhetoricis flosculis oneratae, initium sic habet:

„M. Tulli Ciceronis, romanae eloquentiae luminis, praeclara volumina de bonorum atque malorum finibus, recognoscenda suscepi, clarissime Aluisi, ac patrone optime, de quorum medio quam tetra verborum portenta, collatis multis exemplaribus manuscriptis, incredibili labore susceperim, quam varia passim loca cimmeriis obducta tenebris illustraverim, testis erit imprimis amplitudo tua, et literati omnes, qui ea prae manibus evolvent. Adjeci insuper exoptatissima Petri marsi commentaria, nunc primum in lucem edita, quibus vir doctissimus omnia perplexa, et involuta Ciceronis enigmata, ita aperta, et manifesta fecit, ut ea quae eruditissimis occultissima et pene inaccessibilia videbantur, etiam neoptolemus quisque per se adiscere valeat. Apposui praeterea nonnulla in margine, quae cum lectorem admonere, tum textus obscuritati suffragari videntur [viderentur]. Postremo quo uberrimum nostri laboris fructum studiosi reportarent, compendiosum, sed medius fidius mirabilem alphabeticum indicem elucubratus sum, in quo absolvendo per duos et amplius menses elaboravi“ — etc. etc. Hujus enim indicis indole pluribus exposita, transit ad laudes Mocenici, quem quoad ejus fieri potest, laudatum, summis, qui unquam exstiterunt, viris annumerat.

Quo facto ipse sequitur index, ita inscriptus:

„Repertorium alphabeticum omnium eorum, quae notatu et cognitu digna sunt, extractum per dominum Lucam Panetium canonicum Olchinensem*), artium et legum professorem, ex luculentissimis commentariis doctissimi Petri

*) Olchinium oppidum Dalmatiae est, quod tum Venetis parebat, h. Dulcigno.

Marsi in quinque libros M. Tullii Ciceronis de bonorum atque malorum finibus feliciter incipi.“

Hic index complectitur novem folia et dimidiatum. Jam sequitur praefatio *Ascanii Marsi*, quae tres fere paginas explet. Is Ascanius Petrum appellat patruum suum, ejusque multifariam eruditionem et doctrinam quam maximis laudibus effert.

De patrui sui in hos libros commentario haec dicit:

— „Praeter elucubrationes, quae super Ciceronem in libris de natura deorum, de divinatione, de officiis ex ipso, dum inter vivos ageret, non absque fruge legentium in lucem prodierunt, nunc quoque humanissimi lectores his laboribus succedunt in Ciceronis libros de finibus MM. et BB. et in tusculanas questiones*) commentarii ejus varia eruditione refertissimi. Fateor me hos ipsos aliquanto serius, quam forte par erat, domi meae continuisse, quos perinde, ac si mei patrueles forent, ut erant, in sinu fovebam atque amplexabar, ne limen domus commune egrederentur, rogitabam. Hi ex adverso me non habere rationem patris neque patrui saepissime vel indignabundi adstrepebant etc. etc.

Jam sequuntur ipsi Ciceronis libri cum commentario P. Marsi, hoc titulo praefixo:

Petri Marsi recognitio et enarratio primi libri de finibus bonorum et malorum, nuper in lucem emissa.

Hic titulus reliquis quoque libris praefixus est. Ac Ciceronis quidem verba, literis distinctis et satis grandibus exscripta, dimidiatam fere paginam explent; reliqua pars paginae enarrationem partim supra, partim ex adverso, partim infra textum scriptam continet, ut solet fieri in aliis quoque veterum scriptorum hujus aetatis editionibus. Prima cujusque loci, quae explicantur in commentario, verba majusculis literis scripta sunt et facile in oculos incurrunt.

In fine ultimae paginae leguntur haec:

Petrus Marsus recognoscebat et enarrabat An. Sal. M. D. XI.

Ex his igitur verbis, quae ab ipso Petro ascripta et diligenter ab Ascanio repetita esse videntur, hoc efficitur, eum anno saeculi sexti decimi undecimo adhuc in vivis fuisse; quodsi non improbabile est, eum post hos demum

*) Congruunt igitur haec vv. prorsus cum iis, quae Orell. ex Baylio affert.

editos accessisse ad libros de Amicitia et Senectute explicandos, quod Erasmus diserte tradit; plures etiam anni ei essent tribuendi.

In sequenti pagina haec leguntur:


Finiunt quinque libri Marci Tullii Ciceronis de finibus bonorum atque malorum antea mendosi et vix intelligibiles, nunc vero fidelissimo exemplari manuscripto in pristinum candorem redacti. Adjunctis eruditissimis commentariis D. Petri Marsi, nuper ex ipsius archivo in lucem editis. Una cum elegantissimo indice omnium eorum, quae memoratu digna sunt. Impressi autem in alma Venetiarum civitate accuratissima diligentia per Caesarem Arrivabenum Venetum. Anno a nativitate domini nostri Jesu Christi millesimo quingentesimo vigesimo septimo, Die vero ultimo mensis februarii. Regnante Serenissimo ac Illustrissimo Principe Domino Andrea Griti duce Venetiarum.

Registrum.

A b c d e f g h i k l m.

Omnes sunt Terni*).

Appositum est in fine paginae sigillum ducis Veneti, in quo literae A. G. [Andreas Griti] leguntur, hac fere forma:



*) i. e. Singulae plagulae constant sex foliis.

Liber I.

	Ed. Orellii.		*Ed. Marsi.*
	I.		I.
§. 1.	non id tam	§. 1.	n. id tantum
	reprehendunt		reprehendent
	operam ponendam in eo		op. in eo p.
2.	et iis	2.	et his
	semel admissum		semel jam missum
3.	[sapientia]	3.	sapientia
	II.		II.
4.	qui se *iisdem* E.	4.	om.
	[litteras] T.		litteras
5.	a quibus tam	5.	a q. tantum
	Attilii		Auli
	scriptorem		exscriptorem*)
	an utinam		at u.
6.	ab iis	6.	ab his
	anteponunt iis		a. his
	III.		III.
7.	male	7.	non male
	ab iis		ab his
	nec vero		nec enim
	sed neque tam		sed nec tam
8.	usu venire	8.	v. u.
	de male G.		de malis G.
	praetore		praetor
9.	id quod mal., te	9.	quod tu id m., te
	accedi'		accedis
	cohorsque		chorusque
	mi Albucius		Mutii Albutius
10.	sit *tam*	10.	om.
	nobis vel		v. n.
	IV.		IV.
	elaborare		lab.
	tanto opere		tantopere (ita semper.)
	nec simulent		ne s.
	iis		his

*) *Petrus* h. v. ita explicat: exscriptorem, exempla fideliter transferentem: verba, inquit Gellius, ex Annalium monimentis exscripta: exscribere proprie exempla transferre.

§. 11. natura
expetendis
12. nam ut sunt
iis

V.

13. ab ipsis
14. venisset, pauca
15. satisfacit

VI.

17. nec citimum
18. quodque
suo *deorsum* p.
19. efficit *quidem*
et illum m.
20. ne illud q.
21. sunt tota
inane, imag.
oriantur

VII.

23. in tertia — — magnificum
24. T. Torq.
illam
25. neque vero tu
putant
per se laet. i. e. vol.
26. iis artibus

VIII.

quoquo modo
dixit
melius. Addidisti
27. ille diceret
28. assentior, inquit
an me
igitur, *inquit*
id quidem, *inquam*
29. ista aeq.

IX.

sic agam, ut
quo
debet esse

§. 11. n. *nostra*
expetendum
12. nam *esto* ut
his

V.

13. ab his
14. venisset, *et* p.
15. satisfecit

VI.

17. nec extremum
18. quidque
om.
19. om.
et eum m.
20. ne id q.
21. *quae* sunt t.
inanes im.
oriuntur

VII.

23. leguntur h. vv.
24. L. Torq.
eam
25. n. v. Torii
putat
per se vol. i. e. laet.
26. his a.

VIII.

quoque *ut id* modo
dicit
melius, et detractis de homine sensibus. Add.
27. d. i.
28. i. a.
at me
om.
om.
29. ea aeq.

IX.

agam sicut
quod
e. d.

§. 30. quantum p.
dolor sit
oportere
admonere, admonitionem
indicari
voluptatem — fugiendum (apud Or. in scripturae varietate 22.)
31. *sensu* jud.
dicantur
accurate diss.

X.

32. odit
33. deleniti
nobis *est*
repellendum
ut aut
34. quam mem.
benevole
atque turbent
35. his ipsam per se

XI.

37. quae qualisque sit
error omnis
nominata est
quibus *medium*
38. o. d. carere
esse, verum
omnis
39. e patre
ridente
quae *manus*
quemadmodum affecta
quidem dicturam
si loqui posset

XII.

41. quod huc
quidquam
angere
42. referuntur

§. 30. *in* quantum p.
s. d.
oporteret*)
ammon. ammonitionem
iudicari
h. vv. leguntur.
31. om.
dicuntur
caute d.

X.

32. oderit
33. deliniti
om.
dep.
aut ut
34. tum m.
benivole
itaque turbentur
35 his per se ipsam

XI.

37. q. q. est, sit
o. e.
e. n.
om.
38. *cum* o. d. c.
esse, sed
omni
39. a patre
arridente
om.
om.
d. q.
si l. p. *verum*

XII.

41. q. huic
quicquam (sic semper.)
frangere
42. feruntur

*) Goerenzius Marso tribuit *oportere*.

	XIII.		**XIII.**
	liberabuntur		liberantur
	voluptatem		voluptates
	quid		quis
§. 43.	*et malorum*	§. 43.	om.'
	saepe		om.
	XIV.		**XIV.**
46.	inscientia	46.	inscitia
	monstret		om.
47.	rationem ut	47.	ut r.
	XV.		**XV.**
49.	neque	49.	nec
	assiduitas		assiduitates
	ne fortasse		nec f.
	parentes		p. *reliquerunt*
	[† quum]		om.
	paratus *est*		om.
	XVI.		**XVI.**
50.	allicit, quum	50.	alit quid, tum
	et quemadm.		om.
	sic † injustitia etc.		sic cujus in mente consedit; hoc ipso quod adest, turbulenta *non potest fieri*, si vero *improbitas* mol. q. est — confidet, id etc.
51.	quodsi qui etc.	51.	quod si qui satis hominum sibi
53.	*ulla* inj.	53.	om.
	pariuntur injuria		i. p.
	est sola		ea est sola
	XVII.		**XVII.**
55.	in ipsis	55.	in illis
	sed in his		sed in ipsis
	cadere causa		cedere causae
	afferat		affert
	dolemus		redolemus
56.	sit non dolere	56.	n d. s.
57.	iis bonis	57.	his b.
	praeterierunt, acri		pr. *et quae praetereunt*, a.
	tum		tunc
	XVIII.		**XVIII.**
	consequamur		consequantur
58.	beata esse potest	58.	p. e. b.
59.	n. igitur eorum non miser	59.	n. i. *est* n. m.

	XIX.		**XIX.**
62.	sapiens *beatus*	62.	om.
	quo non		quod non
	vim		viam
63.	in phys. pl. posint	63.	in ph. quod complurimum possint ea sc.
	e qua		ex qua
64.	percipi	64.	recipi
	XX.		**XX.**
65.	h. d. vel maxime n.	65.	vel huic disp. m. n.
	nullam omnino		om.
	vita *et* factis		om.
	etiam nunc		etiamnum
66.	hominibus	66.	omnibus
	negant posse a. v.		negant a. v. posse
68.	inhaererent	68.	inhaerent
	sententia		scientia
69.	cons. instituendarum voluntates f.	69.	c. i. *amicitiarum* f.
70.	dicant	70.	dicunt
	amicos quam		amicos *quidem* quam
	posse fieri		f. p.
	XXI.		**XXI.**
71.	depravate, corrupte	71.	depravatae, corruptae
	hac		haec
72.	p. *est* del.	72.	om.
	ii indocti		om.
	id		ea

Liber II.*)

Cap. I. §. 1. tunc — 2. *a* om. — ut hi — 3. quid velis — II. 5. quodque — quod liberet. Modo — *voluptas* haec omnis, om. — 6. quasi quis, inq., est. — III. id i. quid sit, quale sit — hanc *esse* — 7. quid ergo, inquit — *se,* om. — aut quod — cibo et — *vero* om. — non putant — 8. nosse — s. hiarent — q. rem — 9. per se — cum non dolere — q. istud — *quae,* om. — al. genere, inquit — nam restincta — *inquit,* om. — 10. dixisti — *ex* multis — afferunt — IV. 11. ille inquit — prope — 12. pelagis — pr. idem —

*) Inde ab hoc libro, omissis editionis Orellianae verbis, simpliciter scripturae varietatem, qualis in editione Marsi reperitur, afferam.

13. ἡδονή, om. — laet. nimiam — neque gaudium — 14. in animo — ut mihi non constem. — neque - neque — *ex*crucietur, om. — V. 15. *ex* quo, om. — 16. dicat — putat dicat adj. illam — quis enim est — cr. quidem nos — neque in vol. — epulentur - torqueantur — 17. q. s. d. sim — VI. esse partes dicere — pugnis — 18. aut M. aut A. — 19. Callipho — VII. 20. h. rebus tam diss. — utraque — ipsam eam — *omnes,* om. — 21. *quod reprehenderemus*, om. — quin — sim. et*iam* — neque cupidi — neque dolorem — 22. ut ais, *tu* om. — promant — longinquus — VIII. 23. haberentur — non inpr. — per se ipsam — neque o. — *sed* mundos — pistoribus, piscatoribus, piscatu -- diffusum — sit oenophoro — dempserit — assint — Cor. aes aut Deliacum, atrilicium. — 24. audierit — ne cesses — in isto squillo horto — 25. *nec* lapathi, om. — IX. sequamur fr. *rem* — 26. duo esse g. — *qui haec didicerunt*], *quae ille contemnit*, *sic solent*, om. — in g. ponere. (in notis: *numerare.*) — 27. Et quidem. — *eam*, h. l. om. et positum ante *tanquam* — 28. confugiet — X. 29. est, eam vol. esse nullam — quanquam haec — 30 quam nemo unq. v. appellat, et hanc in motu voluptatem, quae duo sunt unum facit — int. *etiam* ita — 31. quanquam multum vitiosa. — 32. ab iis — nec illum — animi statum — quid igitur — XI. 33. se ipsum — suas partes — 34. etiam — iis omnibus — eligente ea — 35. *in* honestate, om. — XII. *non Aristippi*, om. — 36. hoc non addito — quid indicat — 37. omnium rerum — 38. cetera autem — locupletem. Quod — XIII. 39. est (pro *in*est) — 40. *ad* intellig., om. — 41. haec enim — b. e. *interdum* idem — dolor *est*, om. — *sive* gaudentem, om. — dolendo — 42. opponeretur — haec omnis — 43. nec unde — 44. plus est — cum illis populis — remotis — a. o. tua — ubi si — 45. causa una — multis aliis — hoc *uno,* om. — *mentemque,* om. — currat — applicet — societati — 46. inveniendi — XV. 48. tonare — 49. tamen non — perfectum — ut si vel — pulchr. tamen sua — q. ad te — p. vivere — *nam* is vir — posse vivere — ipsum quod etc., ut laudat Or. — XVI. 51. tum ipse — 52. ardentis a. — an verum — tritum 53. *cum* a. c. — quomodo occulte — XVII. 54. callido inpr. — timentem — quid enim est — 55. rem ad amicos — Fabio (etiam in sqq.) — num ig. *eum,* om. — non mode *non,* om. — *vel* cum per., om. — 56. cum causa — XVIII. 57. improbe aliquid — 58. intelligis — 59. et velle *aliquem,* om. — sed impunite tamen id te constat fecisse: quis — sed de his — XIX. 60. si enim — apertius*que*, om. — 61. nam ubi etiam — putet — ex continenti — 62. q. s. est. — satis tibi est dictum. — cujus (pro *civis*) — 63. *summum m. e. dolorem,* om. — XX. Balbus *fuit,* om. — 65. hunc vero beatum oratio vestra sic cogitat. — g.; is bis C. f. — potentem — nec tam — 66. se ipsam — XXI. A. ex th. — viros habere tertium sat est. — 68. Themistocle — at c. t. *si* — 69. illa tueri — commodis — ancillas — et e. tamen — ammonerent (sic semper.) — perficeret i. — nihil negotii — XXII. 70. quod ei — putat — cur Thor. postumus, cur Chirrus — *horum,* om. — Erata (sed in annot. recte *Or.*) — n. a. *plane* cup. — *rebus*, om. — b. *aut* i. — pietatem .... cavet — metuit — poterit. — sive opibus majus quidq. fecerit, certeque mallet obtinere existimari. — itaque — nullam ob c. [Or. contrarium dicit] — *si pudor,* om. — se non pror. — quod opt. — quum jam

— dicas te — XXIII. 75. dicis — voluptatem quam dicis [contr. attulit Goer.] — *quum dicitis*, om. — tu enim [ut *Ern.* conj.] — omnis dolor — d. te omnino et in i. m. et in o. v. facturum nihil, nisi etc. — *igitur*, om. — at non illa — vera sunt. — XXIV. *ut,* om. — rectum ne — hae — sunt — ubi locus — *ipsum,* om. — n. amicitiae d. — ex his nihil — et prodest mihi, inquis — m. *in* eo — subdubia — ex se od. est? Numquid est turpe, nisi quod est? *sine* quo etc. — quodsi — *tibi*, om. — vadente — fecit Siculo — *ut moriare .... Orestes*, om. — praecavere — XXV. q. quasi i. neget — in rem (pro *jure*) — quodque r. — existimantur dicere — melius facere — XXVI. 82. q. dat — pos. autem — facere inter se — 84. rationi possit — est quaesita — quam *si* tua sint — satis *et* in l. — satis *et* in med. — contemnere — t. *non* tantis — uteris — importuna — XXVII. magnopere (semper.) — etiamnum ... omnem infelicitatem — semper sibi illud — diffidet — 87. *nemo igitur* ... *potest*, om. [ob praecedens *potest.*] — in alia parte — duci — semel est suscepta — etenim — *nec,* om. — 88. appellet Epic. — Juppiter — ait enim se — 89. in qua quod — sit quod et in corpore — sunt in potestate — in sap. potissimum — his — extremum (bis) [in annot. *externum.*] — XXVIII. 90. id quod — [*enim*], om. — 91. his — sint — 92. isto modo (pro *esto*) — sed *ferme* nihilo — iis — tam maximum — sed saepe et — quos dii im. ille — XXIX. 94. levem *esse* d. — quaenam alia ratio? — 95. *et* om. — t. e. viro debilitare (in ann. — *ri*) — non ista — XXX. 96. tanti a. morbi aderant ves. et viscerum — possit — ecce — adolescentia — simul *atque* ipse — 98. equidem summi philosophi — si autem — *ex* isto, om. — XXXI. 99. bonitate — *et* summorum — mutatam — sunt — c. sententia e. philosophi — congruebant — *a* phil., om. — aperteque — o. ad nos pert. — 102. *quamvis*, om. — *esse*, om. — quid? vere idemne — ad nos post mortem — 103. facetosam — agi — XXXII. 104. aut quis — vitare [in ann. intp. Marsus *prohibere*] — *haec* m. — est laborum — agens — nec — conclusa — beatam vitam — omnis — etiamsi — *quam,* om. — causas — monimenta — XXXIII. 107. ad corpus pertinere. — nihilne te — inquam — p. *et* or. — q. *omnium* reg. — *sua* sponte, om. — 108 ut is, qui propter me aliquid gaudeat, animo [aīo] gaudeat, si voluptas animi, ut dicitis, oritur etc. — 109. aliquid aliud — his — cicures et cursu — volucrum — desideria — discreta — praecipue — XXXIV. 111. sint — varieque (p. *atque*) — pecudum — optimorum (p. hon.) — 112. terram*que* — afferre — 113. vitae quidem — consequentis — qui ubi — 115. voluptates — proponeret — quae autem est — XXXV. Aristidis — Themistoclis — non Alex. — uno ore — in his — quod — arbitramur — 118. ut video — tum opt. — juro.

Liber III.

Cap. I. §. 1. et utilitatem — 2. nec vero *ita* ullum — ut (p. *quod*) — sunt in diss. — 3. ipse enim — nec arg. — ejus judicium — 4. u. his — scientiae — *non* sunt, om. — vero *et*, om. — II. *nobis*, om. — eas res — nominaverunt — id *vel* nobis — etiam eorum — *nos*, om. — *hoc*, om. — *ex* inst. — 6. aestimatorem — 7. qui nec — heluo libri — 8. jure (p. *curae*) — quidem hoc — *ejus*, om. — his artibus — *et*, om. — III. 10. Aristotelicos — i. *ut* te — oratio pugnat — esse *si* dixeris — 11. [quaeris] ... [quid sentiam] utrumque legitur — q. ministri tui — certe — ista — IV. 12. [*similiter*] non legitur — videtur — 13. num — dicis — nova tum videbantur — facillimum — magis *minusve* us. — 16. fortis — V. status ejus — hisque — diligendi — 17. in his — *quos vel c. vel perc.*, om. — eas ig. — 18. arbitramur — 19. hae — vix adhib. — tu (p. *tamen*) VI. 20. appellamus — ipsa per — sequuntur — *quum*, om. — 21. simul atque — cogitatione — quod compos. — ref. sunt *honeste facta* — n. *est* exp. — 22. c. enim est — expetendum — sit qui — collimare — diximus. — *sic illi . . . collineet*, om. — sed hoc — *ut feriat*, om. — VII. 23. 24. est *etiam* alia — 25. [*et*] legitur — mentionem feci — [*rhetorice*] legitur — VIII. 27. hon. sit laudabile — 28. *in* hon. — dicitur — 29. quid v. n. nullo — et pro — mali posse — v. *et* honeste — IX. 30. in animum p. — singulis singulas — cujusmodi — 31. et hi — dixerint — ullo momento — *aut*, om. — *solet*, om. — ab his — † *ut*, om. — quaeritur — his s. — *si*, om. — *ut*, om. — q. *etiam* c. — id apprime (cum interpr. *inter prima*) — X. 33. totiens — definitionum explicetur. — seq. illud i. (= i. e.) — ophelon — n. absoluta — his r. — b. notitia — 34. etsi mel — 35. conveniet — si igitur — omnesque *hae* sunt — XI. 36. [*Stoicis*] legitur — ipsam rem — 37. obduravit — 38. statueremus — per se expetenda — sit — fugiendam — quod — XII. 40. haec — ipsique — r. his — commendo — ductum — hoc — 41. habere st. — rerum *omnium* — XIII. 42. quam illa ratio est eorum — patiantur — nec eorum — vere (p. naturae) — si valere et sapere — *expetendum et valere: conj. utrumque*, om. — neque tamen ea in b. — XIV. 48. his — appellemus — putent crescere — aliquantulum — XV. 49. de eorum — eas *etiam* in v. — cogitationes — artes ad appetitionem — 50. cum haec ut illa — quod d. — 51. *aestimatione*, om. — illud esse — *contraque q. ἀποπρ.*, om. — dicere soles — XVI. 52. idem enim est — 53. iis — 54. aliter qui — 55. jam hoc — non poterimus uno — q. diximus. — XVII. 56. quae ex — *ob*, om — 57. appellare — *ejus causa*, om. — 58. quod quum — *probabilis*, om. — XVIII. 59. etiam hac — quoddam — [*autem*] leg. — facit rectum f. — in iis — *communi*, om. — se ipsos — 60. ex quo — *officium*, om. — 61. his rebus — n. his — ut saepe — si jusserit — sunt — magis ei — his q. — XIX. 62. a quo *naturae* initio — inspici — 63. alia etiam — *in*, om. — custodiat — item*que*, om. — 64. *omnium*, om. — etiam his — XX. 65. nos *viles*, abj. — 67. causa hominum — theatrum *cum* — quidque — 68. e. l. *procreare* — XXI. 69. conjunctio et caritas — *et* emol., om. — 70. a. dicunt — tamen ii — a justitia — 71. naturam — 72. diceremus — arbitramur — *ab*, om. — XXII. 73. ei *et* prof. — et ab — sapientum — 74. prop. non postulant — quae, p. d. — si ullam — quo m.

Liber IV.

Cap. I. §. 1. tune ille — *ain*, om. — *ego*, om. — i. h. *mea* c. — 2. solere — i., *quo* loco *quidque* — responde — *inquit*, om. — *enim*, om. — II. 3. p. *esse* m. — expetes — ante — un. *cum* — 4. ceteras*que* — ea quae — in tres — 5. confirmari — graece — *esse*, om. — III. eum d. — 6. *acu*, om. — a. iis — 7. *At* scripsit — conantur — [*incendit igitur eos, qui audiunt*] haec vv. leguntur supra, ante vv. *Vides* etc. — assentiunt — IV. 8. in his — artem — ea quam — q. et inventa sunt — V. 11. decorum — 12. *in* cogn. — *ea* om. — apud eos — 13. de r. his — multa — *quamque*, om. — necessaria (p. *certissima*) — *quidem*, om. — Democritum — *e* maximis — VI. 14. quid — *Finis hic bonorum.* Additur: *qui continet philosophiam.* — dixisset — 15. significare — *si*, om. — r. his — sint — ex his — ab iis — VII. 16. suo conservetur — exquisitas — 17. in his esse — ut hi — 18. *ut*, om. — honeste et honestate et — VIII. 19. eorum (p. *omnium*) — dixerit — incolumemque (!) — *et*, om. — 20. dicerent — *nihil omnino ... dicerent*, om. — exp. *et* sum. — *una*, om. — IX. 21. plane — v. *ac* — 22. in nullo, nisi — verbis suis — movetur — [de ipsis v. n. movetur] leguntur — 23. dicet — nunquam — esset — X. 24. de his — 25. primum sit positum — esse oportet — sint — sunt — 26. hoc vis b. videatur extr.? — XI. ex v. — *quum*, om. — 27. plura — 28. *tamen*, om. — sint — *ut*, om. — videretur, *constituit summum bonum.* — XII. 30. obscur. tanta — accessione — 31. ratione — XIII. 32. naturarum — deseratur — sint — 34. si autem — *ergo*, om. — 35. ab ea *et* a. — in eo quidem — *quendam*, om. — hoc — pulchritudo *et* cetera — XIV. 36. nullum sit corpus. — eligatur — sent. *est* — 39. v. *tuentem* esse v. — omnia concl. — XV. 40. nos negligimus ... referimus — n. illa — 41. q. enim — ne qua — *naturae*, om. — 42. intelligitur — XVI. 43. quod cuique — *et*, om. — hi ante — proponunt — 45. quidquam — cum his — ut — XVII. 46. quid his — 47. quaeritis — et hi — [*aut vitio*] legitur — XVIII. 48. h. e. *bonum* — 49. *si*, om. — Carneadeum — 50. Callipho — adjungatur — illorum *scilicet nominum*, gl. etc. — quae non — 51. Polemon. — *etiam*, om. — XIX. 52. ea spectant — 53. quemquam fortem esse — aberrent — 55. consequantur — *esse*, om. — XX. 56. zenulus — a poëtica — r. his — dicimus — id est — gessissent — XXI. 58. in quaque — perficiant et absolvant — 59. tribuerunt — praeposita — dimoveri — v. his — aptari — XXII. 60. c. his — conveniebat — 61. d *illi* qui — his q. — ad eandem — descripsimus — maxime — audivimus — monimentis — XXIII. 62. nec q. — videatur — crediderunt — non sunt — [*qui* a.] om. — 64. ut

hi — XXIV. 65. tum i. — dispexerint — alter valet — omnibus — 66. fit his — 67. utuntur — 68. i. *usus* e. — XXV. officium v. — fallaciloquelae — 69. quid e. — omnibus officiis — *enim*, om. — ages — 71. in *his rebus* esse in q. — inquies — XXVI. 72. istud — quasi — sit tol. — consentire — illum — quam malum *esse* d. — 73. et despiciendum — XXVII. 74. iisdem — vobis nata — *stultorum*, om. — *jam*, om. — 75. quid nec — nervis — hoc a. ludimus — sequitur — 76. paleamne — *et*, om. — navis est — XXVIII. 77. nec est esse pecc. p. — *aut*, om. — c. is rogatu est cond. — eo quoque peccata — 78. q. dicant. — *a* natura, om. — 80. quoniam *et*, om. — saepe faciamus — ni.

Liber V.

Cap. I. §. 1. audivissem — *noster*, om. — a D. — Academiam — 2. si ante — aliquid — mihi minor — 3. scio — II. 4. cognomine — u. h. evenire — cogitem — divertisse — 5. quod L. — quid in — Periclis — 6. *vel ut te imitetur, quem amat*, om. — audivistine — III. 7. n. poteris — revocare — n. hi — *enim*, om. — ornatam — 8. at quae — *istud*, om. — c. *enim* te — videmus — si qua — solido — IV. 9. potui — 10. ab iisdem — dialecticae .. oratoriae — d. possit — 11. *esse* om. — cum scripsisset — est visa — V. 12. de vita beata — Lysias — VI. 15. quid sit — *et vitae*, om. — via est *et* — 16. potuissent — *igitur*, om. — ab alia — 17. et ult. — VII. adscitum — 18. ceteraque — aliquid — 19. etiam recti — uno aliquo — ut aut hon. id sit — *sunt*, om. — *etiamsi non adipiscare*, om. — 20. igitur jam — rebus his — sola una — quum esse si — tum — *ne si etiam evitare posset* (sic Mars.) — sint — adipiscamur — 21. Calliphoni — *Quoniam .... doloris*, haec vv. leguntur — 22. dicat esse — 23. hi .. his — quod *non* aut h. — IX. 24. habet eum — 26. o. his — a. *et* t. — non dubitemque — servatricem' — X. 27. comprehendistur*que*, om. — 28. coepit — sibi ipsi — nato — 29. dicuntur — v. *etiam* qui — sibi ipsi — *sese*, om. — 30. in his — *sumus, item* .... — *affecti simus*, om. — *sese*, om. — intelligi quid potest, quod — sanguis — albescat — aliunde — 33. *enim*, om. — sit fort. — *ad* naturam, om. — XII. 34. denique — 35. ut motu — h. ex h. exuens — 36. in his — XIII. 37. p. est — laud. in s. genere — 38. animum ... datum — putresceret — XIV. 39. *putare*, om. — possit ire — possent — 40. jungat — et finis — ei modo — inter h. — [*et*] legitur — expetendorum — *commendatione;* sic Mars.; conjectura igitur *Lamb.* confirmata. — XV. 41. naturae esset — occultata n. — *tantum*, om. — 42. denique — vespas — paululum — deindeque — nolunt ign. — vincunt — victique — *quasi*, om. — cognoscit — XVI. 44. perv. *est* — p. *a* nat. — 45. corp. commodum — XVII. 46. *sit*, om. m. e. *cur.* c. dolores — 47. *sit*, om. — fugiamus — XVIII. 48. requirant — sitim vel famem — v. in his — 49. nunc .... canemus — cur *est*. — XIX. *de*, om. — dicunt coli — i. *ea* esse — duci p. — sapientum — n. a. *esse* act. — *esse*, om. — studio — XX. et. clar. — 55. arbitrantur — voluptatem — paulo — semicirculos — 57. *ut*

